Zębki consistens medium mansum octodecem sulcos a fluviolo ac
Solnikow intermetas successorum olim Alexandri Dzierzek iacens
Campo przednice triginta sulcorum a granicie Dzierzkow Woicechi
ad metam transversalem iacens cum agro prato et omnibus generali-
tatibus fructibus attinentijs et pertinentijs nullis exceptis in vigin[ti]
polonicis et hoc pro expeditione bellica de bonis cum fratre indivisis [...]
ad exemptionem obligavit inscripsit et invadiavit. Cui iam exnunc
[inscrip]tionem realem cum pacifica possessione permittens et [illegible] officio accep[tan]-
dam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem evictionem omnimodam occasione
[pr]aemissorum ab omni impedimento iuridico quarumlibet personarum propinqua-
rum et remotarum et [illegible] a fratribus suis per omne tempus tenetur eiusmodi
cause sub vadio simili aliorum viginti florenorum polonicorum in casu evictionis seu [im]-
pediti possessionis adsolvendum succumbendo. Et coram officio praesenti in primo
citationis termino peremptorio responsione et satisfactione. Omnibus controversijs
exceptionibus allegationibus, [illegible], dilationibus quibusvis infirmitatibus
motionibus appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus praemissa non evaden-
do et alijs in universum cunctis iuris remedijs et defensionibus legalibus impedimen-
tis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abrenunciando et abrenun-
tiando sub amissione suae et suorum successorum totius et integrae causae.

Dzierzek Demissio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Branscensibus personaliter compa-
rens nobilis Paulus olim Stanislai Dzierzek sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia nobili Stanislao olim Clementis
Dzierzek obligationem terrae immobilis in bonis Dzierzki sitam principali-
ter per [no]b[ilem] Martinum olim Joannis Dzierzek nobili Joanni Proszenski
in octo [illegible] polonicis inscriptam et per ipsum Proszenski nobili Felici Dzierzek
seu alij cuivis demissam et per eundem Felicem nob[ilem] transfusam cum omnimoda pote-
state eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione tuitione evictione
ligamentis in originali inscriptione contentis demisit. Omneque et integrum
iuris sui beneficium transfert et transfundit. Quam illi exnunc officio acce-
ptandam dat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Lupianka Antiqua Donatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Branscensibus personaliter compa-
rens nobilis Thomas olim Joannis Lupienski sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia nobili Mathiae olim Jacobi Lupien-
ski in Lupianka [illegible] et eius posteris bonorum suorum immobilium in Lupianka an-
tiqua [illegible] in area quatuor sulcos a [illegible] Augustino olim Andreae quosque
a via per villam tendente ad fluviolum praetenden[tes] penes plateam et eiusdem
Mathiae Lupienski iacen[tes] cum omnibus [illegible] et utilitatibus fructibus at-
tinentijs